



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 4. Papa suum ad tribunal vocat Albertum Austriacum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Cardinalem Episcopum Portuensem in Sæcul.XIV.  
Lombardia, Hetruria, & Æmilia suum A.C.1301.

esse Legatum jussit 23 Maji, rogatu  
Guelphorum Florentiae: ubi Matthæus Rayn. n. 24.  
Jo. Villani  
menie Junio magnis exceptus honoris I. 8. c. 39.

bus est. Verum pro munere suo con-  
trarias partes reducere in gratiam, bo-  
numque rursus ibi regimen instituere  
frustra conatus, cum indignatione abiit,  
incolas anathemate, urbem interdicto  
affectam relinquens. Quo Romam re- c. 42.  
verso Papa de consilio quorundam Flo-  
rentinorum Carolum Valesium Regis  
Philippi Pulchri fratrem accersere sta-  
tuit futurum adjutorem Caroli Siciliæ  
Regis, & in Italia Vicarium Imperii:  
nam hoc vacante id officium conferendi  
jus sibi asserebat.

Carolo Valesio ad matrimonium in Ducang.  
eundum, ac postea reapse initum cum hist. C. P.  
Catharina Curtiniacensi hærede con- p. 205.  
troversi Imperii Constantinopolitani ne-  
cessariam legis gratiam, ac præterea  
spem Imperii Romani Papa fecit: nec  
enim ratam habuerat electionem Al-  
berti Austriaci, ut patet ex epistola,  
quam ad tres Electores ecclesiasticos  
scripsit 13 Aprilis an. 1301. Ibi sic lo- Rayn. 1301.  
quitur: Albertus Austriæ Dux Adol- n. 2.  
pho Romanorum Regi adstrictiorem  
clientis fidem ac obsequium professus, &  
amplas ab eo terras beneficiaria lege  
G g 3 nactus,

Sæcul. XIV. nactus, cum per commotam seditionem  
 A.C. 1301. se in Regem Romanorum eo vivente cu-  
 rasset eligi, conflato bello, & pugna, in  
 qua cecidit Adolphus, edita effecit, ut  
 Romanorum Rex denuo cooptaretur; ad  
 regias functiones præsertim in Germania  
 obire coepit. Jam vero ex præscripto  
 juris nostrum est virum ad hanc dignita-  
 tem electum examinare, ac inaugurate  
 coronam imponere, aut indignum reje-  
 re. Igitur vos jubemus in locis, ubi  
 pedire videbitur, denunciare, ut Alber-  
 tus, qui se Romanorum Regem dicit, in  
 tra semestre spatum per Oratores suis  
 auctoritate idonea, & documentis suo-  
 rum jurium instructos se nobis sistens de  
 crimine læsæ maiestatis in Adolphum  
 Regem commisso, ac de anathemate, in  
 quod incurrit sacram Sedem, cæterasque  
 vexando Ecclesiæ, se purget, si possit, ea,  
 quæ præceperimus, his in rebus fini-  
 ciat. Alioqui Electoribus & cunctis Im-  
 perii membris stricte interdicemus, ne  
 illum agnoscant Regem Romanorum;  
 infirmabimus juramentum fidelitatis ei-  
 dictum; & poenas sacras profanasque,  
 prout nobis visum fuerit, ei ac fautori-  
 bus ejus irrogabimus.

Huic Papæ mandato morem gesturi  
 It. Rebadorf. tres Electores ecclesiastici sub festum S.  
 to. 1. Michaëlis diem, nimicum exeunte Se-  
 Freker. p. 412 ptembri hujus anni 1301 excitarunt Ru-  
 dolphum

dolphum Bavariæ Ducem & Comitem Sæcul. XIV.  
Palatinum, ut quæstionem institueret A.C. 1301.  
in Albertum Austriacum: nam contendeant  
debant Comitem Palatinum Rheni esse  
de more Judicem actionum contra Ro-  
manorum Regem suszeptarum. Itaque  
accusatum, quod Regi Adolpho suo Do-  
mino necem attulisset, ideoque corona  
esset indignus, de gradu dejicere cogi-  
tabant. Irritatus hoc agendi modo  
Albertus tres Archiepiscopos Electo-  
res bello petiit, qui denique cum eo  
transfegerunt.

## §. V.

## Res Italæ.

Casan seu Gazan Argonis Cani filius *Bibl. Orient.*  
erat Imperator Mogolum ab anno p. 362. 363.  
1294, Epochæ Arabicæ 694; & tan- *Pococ. suppl.*  
quam Musulmannus vocari Mahmud *p. 2. 12.*  
voluerat. Anno 1299 Syriam ingre- *Sanut. p. 240*  
sus commisit prælium cum Sultano Æ-  
gyptio Nasero Kelauni filio, qui fratri  
suo Halilo successerat. Nasero acie su-  
perato Mogoles Damascum totamque  
Syriam occuparunt; sed paulo post a-  
misere. Hoc inter bellum Casanus Pa- *Anton. to. 3.*  
pam, Regem Galliæ, aliosque Christia- *p. 245.*  
nos Legatorum opera stimulavit, ut  
missis in Syriam copiis ipsum ad tuenda  
bello parta adjuvarent. Sed littus ara-

G g 4      vit: